



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

REGULA LXXIIII.

Legatum factum ecclesiæ, aliter non specificando nomen intelligitur de parochiali. secundum Bar. in l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de cond. & demonst. Cyn. in l. ult. & ibi Saly. C. de sac. sanct. eccl. col. 3. Iaf. in l. qui insulam. ff. de verb. oblig. Tiraquel. priuil. §. 6. in tract. p. pix. causæ.

1 Fallit hæc regula ubi in ciuitate sunt plures ecclesiæ, quæ tunc de principali ecclesia diocesis, uel ciuitatis intelligitur. Ita uoluit & sentit Io. Fab. & Aret. in §. sed ius eodem instit. de iur. nat. gent. Host. & Io. And. in c. indicante. de testa. Ancha. & Imol. in c. indicante l. quæ conditio. §. cum. ita. ff. de cond. & demonst. nu. 5. & Anch. con. 14. Franciscus col. penult. uersu. octaua ratio. ubi reliquum factum pauperibus intelligitur de pauperibus domicili.

2 Fallit etiam si testator esset in duabus parochiis, quia tunc spectandum esset tempus testamenti & non tempus mortis testatoris, pro ut subtiliter & eleganter tenuit Socin. d. §. cum ita nu. 5. ff. de condit. & demonst. arg. l. si ita. ff. de aur. & arg. legat. & not. tex. in d. l. quæ conditio. §. in. & ibi Bar. ubi legatum factum ecclesiæ, aliter non nominando ecclesiam intelligitur de ecclesia domicilii. Ita Fran. in c. fin. nu. 2 §. uer. & ad hæc uide tex. de foro cõpe.

REGULA LXXV.

Legatus papæ de latere, potest absoluere ab omni excommunicatione etiam reseruata papæ. secundum Felin. in c. ad eminentiam de sententia excommu. iuncto c. si quis suadente. 17. q. 4. Deci. in c. cum tu. nu. 3. de off. ord. ex quo reputatur ordinarius iudex in loco suæ legationis.

1 Fallit 1. nisi alias fuisset excommunicatus propter causam arduam, ut Lapp. in c. si abbatem de elect. in 6. in uer. si translationem. in glo. ubi dicit, quod legatus potest omnia nisi sine sibi specialiter prohibita. dico in loco suæ legationis.

- legationis, ut Deci. in d. c. cum tu. supra.
- 2 Fallit etiam quando in constitutione diceretur dummodo, uel dumtaxat a papa. Ita tex. in cle. Grauis de sententia excom. & ibi Cardin. in ult. col. in ult. q. & uide g. in clem. i. in uers. tantummodo de cler. & grot. in 6. a multis aliis infinitis. quod not.
 - 3 Fallit etiam quando legatus ipse fuisset percussus, quod eo casu non poterit suum percussorem absolueret. Ita tex. in c. Felicis de Pen. in 6. Imol. & Antonius in c. excommunicatus de offi. legat. glo. not. 94. distinct. c. si quis aperi.
 - 4 Fallit etiam nisi illa talis esset excommunicatus a papa uiua uoce. Ita specul. tenet in tit. de leg. §. nunc dicitur. uers. ecclesia autem & c.
 - 5 Fallit itidem quando papa intellexisset illum tale esse a iure excommunicatum, & dixisset reseruamus excommunicationem illius talis a nobis fore absoluendum. Ita Lappus & domi. in d. c. si abbatem. de elect. in 6. q. tu not.
 - 6 Fallit etiam nisi quis esset excommunicatus a iudice alicuius inferioris iudicis, quod postea esset a Papa confirmatum. Ita glo. not. in c. ex frequentibus de in iud. ibi Abb. & Io. Andreæ in ult. col.
 - 7 Fallit similiter quando esset excommunicatus a legato Papæ, quia eo tunc solus Papa potest illum absolueret mortuo delegato. Ita not. speculat. in tit. de delegat. nunc ostendendum. uers. 26. & d. Io. And. & Antonius de But. in c. prudentiam. §. 6. in col. 5. de offi. delegat.

REGULA LXXVI.

- 1 Legibus & non exemplis est iudicandum l. nemo C. de accusat. sent. & interlocut. omn. iudic. & l. singuli. C. de accusat.
- 1 Fallit in tribus casibus annotatis per Soci. in reg. 280. quos considera. & obserua.
- 2 Fallit etiam in casibus obseruatis per Abb. Felin. & c. in c. 2. de præsump.
- 3 Fallit in casibus decisis per excellentissima consilia in his Venetiarum, ex quorum decisionibus pendet reipub.